





1.  
1.  
2.  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.  
8.  
9.  
10.





DEO AVCTORE,  
DISPUTATIO JURIDICA

87.

DE  
DONATIONIBUS. *1627 3. /*  
*xxii.*

*Quam,*  
PRÆSIDE  
CLARISSIMO ET CONSULTISSIMO  
VIRO,

DN. SIGISMUNDO Flach / J.U.D.  
ET INSTITUTIONUM IN ALMA AR-  
gentoratenfium Academiâ Professore, Dn.  
Præceptore, Fautore, ac patrono  
suo honorando

*Ad d. Octobr.*

*Publici exercitij causâ ventilandam  
proponit*

JOHANNES JACOBUS Häringer /  
Spirâ - Nemes.  
*Senec. Epist. 21.*

*Studia clarum & nobilem efficiunt: sine studio ager est animus.*




ARGENTORATI,

Typis PAULI LEDERTZ.

Anno M. DC. XXVII.





Trigæ Virorum

AMPLISSIMAE, CONSULTIS-  
sima, Clarissima,

Dn. CASPARO BITSCHIO, Jcto Eximio, Codicis Feudorumq;  
Professori in Acad. Argent. celeberrimo, Facultatis Juridicæ  
Seniori, & p. t. Decano spectabili.

Dn. JOACHIMO CLUTEN, Jctis & Antecesso-  
ribus in dictâ Acad.

Dn. GEORGIO-DAVIDI LOCAMERO, dignissimis.

Ut & Viris

Excellentissimis, Clarissimis, Consultissimis, variarumq; rerum  
usu & experientiâ conspicuis,

Dn. MATTHIÆ BERNEGGERO, Eloquentiæ in dictâ Argent.  
Acad. Professore celeberrimo.

Dn. MARCO CONRADO Dörret / Senatori & p. t. Judici  
tutelarisi Adfessori ibidem gravissimo.

Dn. MELCHIORI Greiner / J. U. Doctorando dignissimo.


Dnn. Præceptoribus, Fautoribus, ac Patronis  
meis magnis,

Hoc quicquid est, tenuis ingenioli exerci-  
tium in gratianimi tesseram, meiq; ube-  
riorem commendationem.

O. D. C.

Johan. Jacob. Haringer /  
Aut. & Resp.





# DE DONATIONIBVS.

## THESIS I.



Donatio dicta est à donando, quasi doni datio. *l. senatus. 35. §. 1. ff. de mort. caus. don.* rapta à Græco, qui dicunt δῶ-  
 (ov καὶ δῶπεισ δαί, donum & donare *d. §. 1.* Et aliquando  
 in genere accipitur, pro liberalitate. *l. 1. pr. §. 1. de don. l. 5.*  
*19. 24. 34. §. 3. l. 35. §. fin. C. eod. l. 1. C. de revoc. don. l. 8. C.*  
*de O. & A. l. 8. §. 3. ff. de publ. in rem. l. 33. de jur. dot. l. 3. C. de don. qua*  
*sub. mod. l. 7. 8. C. de cond. ob caus. quâ donator proprio motu sivè nul-*  
*lo jure cogente l. 29. pr. ff. de don. l. 82. de R. I. l. 30. v. atq; ut ipsa l. 35. §. 5.*  
*C. de donat. in donatarium rem aliquam confert. l. 35. §. 1. ff. de M.*  
*C. D. vel ei aliquid remittit. l. 2. ff. de novat. l. 115. pr. de R. I. l. 18. C. de*  
*donat. l. 3. §. 10. ibi, accepto latum. ff. de don. int. vir. cum simil. Quo sensu*  
 etiam legatum donatio dicitur *in §. 1. l. de legat. l. 36. ff. de leg. 2.*

2. Hic autem accipitur pro liberalitate, quæ exercetur à do-  
 natore, erga donatarium consentientem, *l. 19. §. 2. de don. l. 69. de R.*  
*I. & acceptantem d. l. 19. §. 2. l. 8. §. 3. de bon. lib.* Hoc sensu accepta  
 donatio perficitur aut rei traditione, vel solâ conventionem, sine tra-  
 ditione. Illa, quæ rei traditione fit, propriè inter modos adqui-  
 rendi domini ex jure Civ. refertur; ac *cum C. I. A. lib. 39. tit. 5. th. 4.*  
 definiri potest; Actus, quo res quædam nullo jure cogente, liberali-  
 tatis, ac munificentia exercenda causâ alii traditur, ab eoq; accipi-  
 tur. Hæc, quæ consensu & conventionem donandi causâ interpositâ,  
 sine rei translatione in donatarium fit, causa potius, quam modus  
 acquirendi domini esse videtur.

3. Hinc aberrare mihi à vero videntur ii, qui donationem con-  
 tractibus annumerandam esse contendunt. Ea enim quæ traditio-  
 ne perficitur, nullam producit obligationem: si vero fit per stipu-  
 lationem, nascitur quidem verborum obligatio ex stipulatu, non

A 2. verò



verò ex donatione arg. l. 18. pr. de donat. Sin nudo pacto, jure antiquo nulla oritur obligatio, ex qua actio datur. arg. l. iurisg. 7. §. 4. ff. de pact. Et licet novo jure oriatur. l. 35. §. fin. C. de donat. §. 2. l. eod. N. 162. c. 1. & donator teneatur condictione ex lege. d. N. 162. c. 2. d. l. 35. §. fin. C. d. t. junct. l. un. ff. de cond. ex leg. Non tamen inde sequitur, donationem esse contractum. Nam obligatio, ex qua actio competit, non tantum ex contractu, sed etiam ex aliis causis, veluti delictis & quasi delictis, itemq; pactis lege confirmatis. exempl. l. 6. C. de dot. promiss. l. 5. C. de recept. arb. l. 23. C. de usur. vid. C. I. A. lib. 2. t. 14. th. II. §. 2. seqq. oritur. §. fin. l. de Oblig. rubr. & t. t. l. de O. ex del. & de O. ex q. del.

4. Quid quod donatio negotio contracto, seu contractui sapius opponatur. l. 14. ff. de precar. l. 3. §. 1. de O. & A. l. 18. pr. ff. de donat. l. 58. in f. pr. de don. int. vir. Quatenus tamen omnem obligationem, ex qua actio datur, pro contractu habemus, ut sæpè fit. l. 20. ff. de judic. l. 21. de O. & A. Eatenus etiam donatio, quæ fit nudo pacto, per vocabuli abusum contractus dici potest. vid. l. donationes. 26. C. de don. int. vir. l. 17. pr. C. de fid. instr.

5. Donationum plures quidam constituunt species. Nempe quod alia sit simplex, de qua l. 29. de don. l. 82. de R. I. alia ob causam vel sub modo l. 1. §. 1. de don. t. t. C. de don. quæ sub mod. Vel condicionalis. d. l. 1. §. 1. A Justin. duæ potissimum donationum species constituuntur; Mortis scil. causâ. pr. l. de donat. t. t. ff. & C. de M. C. D. & non mortis causâ, seu inter vivos. d. pr. l. d. t.

6. Causa efficiens remota donationis est, partim jus Gent. §. 40. l. de R. D. l. 1. §. 1. l. 2. §. 2. de precar. Partim jus civile, à quo propriam suam formam accepit. vid. C. I. A. lib. 39. t. 5. thes. 4. & 12. cum ibi alleg.

7. Propinqua est consensus donatoris & donatarii. §. 2. l. de don. qui tamen ex parte donatoris non præsumitur. arg. l. 15. §. 4. ff. locati. Sed probandus est; probatâ autem traditione vel promission. domini non errore, sed consultò & certo firmoq; proposito factâ (etiamsi aliud quam donationis vocabulum sit adhibitum. l. 46. ff. locati) donatio celebrata intelligitur l. 53. ff. de R. I. l. 9. C. ad l. Falc. l. 21. de probat. Ex parte verò donatarii facilius præsumitur, cum unus quisq; potius acquirere, quam perdere velle credatur. l. 25. pr. ff. de probat.

8. Donare possunt omnes, qui non prohibentur. arg. l. 43. §. 1. de procur. cum simil. 9. Pro-



9. Prohibentur autem I. Pupilli sine tutoris autoritate. l. 11. ff. de A. R. D. §. 2. I. quib. al. lic. arg. pr. l. de auct. tut. l. 28. in f. pr. ff. de pact. imò ne tutore quidem auctore, nisi in certis casibus. l. 1. §. 2. ff. de tur. & rat. dist.

10. II. Muti & surdi simul, ita nati. vid. C. I. A. d. lib. 39. t. 5. th. 5. n. 2. Non etiam muti vel surdi discreti naturâ vel casu tales facti. l. 38. §. 2. de donat. l. 10. C. qui test. fac. pos. Nec surdi & muti simul, ita facti, modò literarum expertes non sint. arg. l. 43. pr. de procur. d. l. 10. C. qui test. fac.

11. III. Senes deliri, non etiam qui vegeto sunt iudicio. arg. l. senectus. 16. C. de donat. add. l. sanum. 27. C. de transact.

12. IV. Furiosi & mente capti. l. 23. §. 1. de donat. l. 6. in f. de V. O. add. l. 5. ff. de R. I. quia sensum non habent. l. 2. §. de procur. l. 22. §. 7. ff. sol. matr. nec mentis compotes sunt. l. 20. §. 4. ff. qui test. fac. neq; scire, neq; discernere possunt. l. 9. de A. H. Donatio tamen ante furorem facta, furore superveniente non revocatur. arg. §. 1. in f. l. quib. non est permis. d. l. 20. §. 4. qui test. fac. sicut nec ea, quæ furore intermisso facta est. d. §. 1. l. d. t.

13. V. Prodigii d. l. 6. de V. O. l. 12. §. fin. de tut. & cur. dat. l. 10. pr. de cur. fur. l. 26. de contr. empt. arg. l. 3. C. de in int. rest. & l. 1. ff. de cur. fur. Postquam scil. illis à Præatore. d. l. 3. C. de in int. d. l. 10. pr. l. 16. §. 1. ff. de cur. fur. curatore dato, bonis interdictum est. dd. II. Si quid enim antequam ipsis interdiceretur, donaverint, donatio subsistit. arg. §. 2. I. quib. non est permis. l. 18. pr. ff. qui test. fac.

14. VI. Minores res immobilès (vel mobiles. vid. l. 22. C. de admin. tut.) ut nec quocunq; modo sine decreto alienare. l. 2. C. si adv. don. l. 1. de prad. min. nequidem curatore auctore. l. 1. 2. & t. t. C. de prad. & al. reb. min. ita nec donare possunt. d. l. 2. C. si adv. don. l. 4. C. de prad. & al. reb. min. l. fin. C. si mai. fact. al. fin. decr. ne quidem decreto adhibito. d. l. fin. quod si verò minor talem rem donaverit, aliter firmitatem donatio non habebit, nisi post viginti quinque annos impletos inter præsentès decennium, inter absentes verò vicennium donatore acquiescente effluxerit. d. l. fin. nisi propter nuptias minor donaverit. d. l. fin. l. 1. C. si adv. don.

15. Mobilium verò rerum, ad quarum alienationem decreti interpositio non requiritur. l. 7. C. si adv. don. ut quævis alienatio à

A 3

minore



minore facta. l. 101. de V.O. l. 7. §. 1. 2. pr. junct. l. 16. pr. & §. 3. de minor.  
ita & donatio ipso quidem jure subsistit. d. l. 2. circ. fin. C. si adv. don.  
Implorare tamen in integrum restitutionis auxilium d. l. 2. inf. C. d. t.  
d. l. 7. §. 1. 2. d. l. 16. pr. §. 3. si tempora præstituta non excefferit. d. l. 2.  
C. si adv. don. d. l. 3. C. si mai. fact. al. sine decr. non prohibetur. dd. ll. l. 3. 4.  
& t. t. C. de in int. rest. min.

16. VII. Tutor, Curator, administrator Civitatis. §. 2. 1. de tu-  
tel. l. 28. §. 1. in f. ff. de pact. l. 12. 46. §. fin. l. 27. de adm. tut. l. fin. ff. de cur.  
fur. l. 22. in f. C. de pact. l. 12. in f. C. de transact. l. 7. §. 3. pro empr. res pupil-  
li, minoris, civitatis donare nequeunt dd. ll.

17. Parentibus tamen & agnatis pupilli tutor solennia mit-  
tere potest. l. 12. §. 3. ff. de adm. tut. neq; decreti interpositione opus  
est: quod enim ita à tutore bonâ fide erogatur, justitiâ potius quam  
alienâ auctoritate firmatur. l. 3. C. de adm. tut. aliisq; nonnullis casibus  
valere donationem à tutore factam interveniente decreto patet ex  
l. 1. §. 2. in f. de tut. & rat.

18. Curator quoq; furiosi, si negotiorû administratio id exi-  
gat. l. fin. ff. de cur. fur. add. l. 12. eod. & si ex utilitate furiosi cognitione  
judicis id faciat. d. l. fin. donare non prohibetur. dd. ll.

19. VIII. Maritus prædium dotale inæstimatum. l. un. §. 15.  
C. de R. U. A. nec donare nec quovis modo alienare potest. pr. l. quib. al.  
lic. tam consentiente muliere d. pr. d. l. un. §. 15. nisi post bienniû ite-  
rum consenserit, & maritus sit solvendo. N. 61. c. 1. §. 2. 3. quàm invitâ  
eâ d. l. un. §. 15. d. pr. l. d. t. licet dominus eius sit. d. pr.

20. Æstimatum verò, l. 12 §. 3. 4. l. ult. pr. de pact. dot. l. 11. de fund.  
dot. quia in eo periculum mariti est. d. l. un. §. 15. add. l. fin. pr. de pact. dot.  
ut & res dotales mobiles vel se movêtes æstimatas l. 3. §. 2. de suis & leg.  
l. 3. 5. 10. C. de jur. dot. l. fin. C. de serv. pig. dat. man. maritus donare potest.  
arg. l. 56. §. fin. v. nam si definit. de jur. dot. l. 61. §. 1. v. atqu. eod. l. 12. §. 3. 4. de  
pact. dot. l. 11. de fund. dot. Harum enim rerum maritus emtor fit; & est  
æstimatio ista vera emtio, d. l. un. §. 9. inf. C. de R. U. A. l. 10. §. 4. 5. l. 16. de  
jur. dot. non quidem simplex, sed dotis causâ. d. l. 16. & præter æsti-  
mationem mulieri nihil debetur. d. l. 5. 10. C. de jur. dot. idemq; de mo-  
bilibus inæstimated statuendum est. d. l. un. §. 9.

21. IX. Uxorres dotales invito marito donare nequit. l. 21.  
C. de don. l. 17. 22. 23. C. de jur. dot. imò immobiles ne quidem consen-  
tiente



tiente eo d. l. 21. arg. l. un. §. 15. C. de R. U. Apr. 1. quib. ab. lic. add. N. 61. c. 1. §. 2. 3. Paraphernales verò, ut quovis modo alienare, ita & donare potest. l. 6. C. de rev. don. l. 8. C. de pact. convent. etiam sine consensu mariti. d. l. 6. Ut & foemina alia quævis rectè donare potest. l. 20. C. de don.

22. X. De reo criminis capitalis dubitatur, propter diversas lectiones l. 15. ff. de don. quibusdam statuentibus, post contractum crimen, ante condemnationem, donationem eius valere. d. l. 15. junct. l. 6. §. 6. de injust. quibusdam contrà sentientibus. Ita autem de eo statuendum esse videtur: quod donatio facta à reo capitalis criminis post commissum crimen ante accusationem institutam, non sit statim irrita, sed revocetur, si condemnatio secuta sit. d. l. 15. ff. de don. l. ult. §. 1. de bon. damn. Si verò post institutam accusationem fiat, statim irrita & invalida sit, cum in fraudem fisci facta videatur. l. 8. §. 1. 2. ff. de manumiss. quamvis bonorū administratio ei non sit adempta. l. 2. ult. §. 1. de bon. damn. l. 46. §. 6. de jur. fisc. fac. l. 41. 42. ff. de solut. Quæ verò ante crimen commissum facta est donatio, accusatione postea & condemnatione secutâ non infirmetur. l. 7. ff. de M. C. D. l. 22. §. 7. ff. de don. int. vir. quò fac. l. 24. C. eod. l. 9. C. de bon. proscript.

23. Læx verò Majestatis seu perduellionis reus, d. l. ult. in f. de bon. damn. l. fin. C. ad L. Iul. Mai. auth. bona. C. de bon. damn. N. 134. c. fin. quia statim ex eo, quo tale crimē contraxit, nec bonorū administrationem, nec jus alienandi, nec in solutum accipiendi habet. d. l. ult. in f. pr. C. ad L. Iul. Mai. quocunq; tempore post crimen commissum donaverit, sive ante sive post institutam accusationem, donatio statim irrita & invalida est. dd. ll. Quin etiam si is, qui tale crimen commisit, neq; reus postulatus, neque condemnatus, defunctus sit, post mortem autem eius crimen manifestum factum fuerit; memoriâ eius damnatâ & bonis eius fisco addictis, omnia quæ post contractum crimen ab eo gesta sunt, revocantur. d. l. fin. in pr. l. 5. pr. C. d. t.

24. XI. Filii fam. & servi, etiam si liberam peculii administrationem habeant, donare tamen non possunt. l. 7. §. 4. de don. l. 14. C. eod. l. 1. §. 1. quæ res pig. Filius tamē fam. si justâ moveatur ratione d. l. 7. §. 1. aut liberam peculii administrationem, cum expressâ donandi facultate concessam d. l. 7. §. 2. 3. aut castrense vel q. castrense peculium d. l. 7. §. ult. l. ult. §. 1. C. de inoff. veletiam adventitiū pleno jure, hoc est,

tam.



102  
tam quoad usumfr. quam proprietatem habeat. l. 7. C. de bon. que lib.  
N. 117. (secus enim est in illo, in quo pater usumfr. habet. arg. l. ult.  
§. 5. v. filiis autem fam. C. d. bon. que lib. l. pen. C. qui test. fac. poss.) donare  
non prohibetur; ut nec servi, qui liberam eius modi, cum expressâ  
donandi facultate concessâ, peculii administrationem habent. l. 18.  
§. fin. l. 19. de pig. act. l. 10. C. quod cum eo qui inal. junct. d. l. 7. §. 2.  
Cum supra in rh. 9. dictum sit ad donationem perficien-  
dam requiri consensum donatoris & donatarii; iis qui donare pos-  
sunt jam enumeratis, consequens est, ut ii quibus donari potest  
subjiciantur.

26. Confertur autem donatio præcipuè in amicos, bene me-  
rentes, necessarios & conjunctos. l. 27. C. de don. pios actus & re-  
ligiosas personas l. 24. in fi. pr. §. 1. l. 35. §. fin. C. d. t. l. 15. 19. C. de SS. Eccl.  
Sed tamen & in alios quam plurimos, etiam absentes. l. 10. de don.  
l. 6. C. eod. extraneos & ignotos. l. 29. C. d. t. l. 24. ff. de don. int. vir. ab  
hostibus vel latronibus eripientes. l. 34. §. 1. de don. libertos l. 8. 35.  
eod. l. 8. C. de rev. don. Pupillos, tam infantia, quam pubertati proxi-  
mos; & tam sine tutoris autoritate, arg. l. 1. §. 1. pr. de A. P. pr. I. de aut.  
tut. l. 28. inf. pr. de pact. l. 1. C. de aut. pract. quam cum eâ. l. 3. C. de A. & R. P.

28. In nondum natos collata donatio nullius momenti est;  
cum in donatione requiratur extremum aliquod, in quo consistat.  
arg. l. 42. pr. ibi, non extorquenda don. ff. de M. C. D. tale autem in nondum  
natis, ut qui in rerum natura esse non intelliguntur, nõ est. Si tamen  
pactio donationi appositâ sit, ut is, in cujus personâ donatio confi-  
stit, postea nascituro restituat, valida est donatio. l. 3. C. de don. que sub.  
mod. l. 24. de pact. dot.

28. Filia quoq; emancipata. l. 28. 31. §. 2. de don. l. 2. C. eod. &  
filio emancipato. l. 42. §. fin. in pr. d. M. C. D. l. 5. C. de inoff. don. l. 17. 22.  
26. C. de don. l. 3. 9. C. de rev. don. & privigno. l. 7. C. de don. rectè donatur.

29. Filiis verò in potestate constitutis regulariter quidem  
donari non potest. d. l. 31. §. 2. de don. l. 11. C. eod. l. 25. C. de don. int. vir. l. 1.  
§. 1. l. 4. pro don. l. 2. §. 2. pro her. Si tamen pater filio in potestate con-  
stituto donaverit, & eandem animi destinationem usq; ad mortem  
servaverit d. l. 25. C. de don. int. vir. silentio patris huiusmodi donatio  
confirmatur; & magis paternæ voluntatis destinatio, quam vera  
donatio esse videtur. d. l. 11. d. l. 17. C. de don. Si vero excedat 500.  
vero



91.  
aureos, insinuanda, aut specialiter insupremâ voluntate confirmâ-  
da est. d. l. 25. Quemadmodum etiam donatio inter virum & uxore  
facta. d. l. 25.

30. Porrò sponso à sponsâ (quod rarò accidit) l. 15. in f. l. 16.  
C. de D. A. N. & sponsæ à sponso. d. l. 16. l. 4. 6. 8. 10. 11. 13. 14. & t. t. C.  
eod. l. 1 §. 1. de don. l. 14. C. eod. l. 12. pr. de publ. in rem. l. 27. de don. int. vir.  
l. 7. §. 1. in f. de jur. dot. rectè donatur: vel ex solâ & merâ liberalitate,  
l. 1. ff. de don. l. 10. 11. C. de D. A. N. vel affinitatis coeundæ & futuri ma-  
trimonii causâ. l. 1. 2. 3. 4. 6. 15. 16. & pass. C. d. t. Præcipua autem  
donationis inter sponsum & sponsam factæ species est illa, quæ  
quidem olim donatio ante nuptias vocabatur. rubr. & d. l. 6. 17. 18.  
19. pr. & pass. l. 20. pr. §. 1. in pr. C. d. t. & constante matrimonio fieri  
non poterat. d. l. 6. & opus habebat insinuatione, ut mulier, ali-  
quid ex eâ petere posset. l. ult. §. fin. C. d. t. nisi in minorem 25. an-  
nis sui juris constitutam facta esset. d. l. 17.

31. Hodiè verò ex constit. Justin. cum re mutatâ nomen  
quoq; mutatū est. §. 3. l. de don. l. fin. C. d. t. Cum enim hodiè tam con-  
stante matrimonio, quàm ante nuptias fieri possit. d. l. fin. in pr. d.  
§. 3. & augeri. d. §. 3. d. l. fin. pr. l. 19. pr. C. d. t. jam non antè, sed propter  
nuptias donatio appellatur. d. §. 3. circ. fin. d. l. ult. pr. N. 61. c. 1. pr. Et est  
non simplex donatio d. l. ult. in f. pr. sed contractus, qui fit propter do-  
tem & nuptias. d. l. ult. N. 119. quo vir, vel ejus parentes, agnati, vel  
etiam extranei. l. 19. C. d. t. d. N. 61. c. 1. d. N. 119. pr. quid uxori offert  
ad pensandam dotem. Et quantacunq; eius sit quantitas, insinua-  
tione tamen opus non habet, mulieris scil. causâ, ut ea aliquid ex-  
igere possit. auth. eò decursum. C. d. t. d. N. 119. cap. 1. N. 127. cap. 2. Vir  
tamen ut lucretur dotem, vel partem dotis ex pacto, insinuare eam  
apud acta opus habet. d. auth. d. N. 127. c. 2.

32. Conjugi constante matrimonio regulariter quidem do-  
nari nequit. t. t. ff. & C. de don. int. vir. l. 6. in f. C. de D. A. N. si vero eius-  
modi donatio facta sit, morte donantis, quasi tacitâ ultimæ volun-  
tatis significatione confirmatur. l. 3. 10. 25. C. de don. int. vir. Nisi ab  
Imp. in Augustam, vel vicissim, collata sit: Hæc enim ill. cò valet &  
plenissimam firmitatem obtinet. l. 26. C. d. t.

33. Multis tamen casibus coniugi rectè donatur. velut. I. Pro-  
pter divorcium. l. 11. §. fin. de don. int. vir. eiusmodi scil. quo bonâ gra-  
tiâ.

B



tiã. l. 62. pr. d. t. propter sterilitatem vel sacerdotium l. 60. §. 1. eod. N. 117. c. 12. vel monasterii ingressione. l. 56. in f. pr. C. de Ep. & Cler. d. N. 117. c. 12. N. 123. c. 29. senectutem aut militiam l. 61. de don. int. vir. si scil. propter hos casus matrimoniũ commodè retineri nequeat. d. l. 61. matrimonium dissolvitur. d. l. 62. pr. Modò donatio ita fiat, ut ipso divortii tempore effectum sortiatur, non verò ex cogitatione divortii quandoq; futuri. l. 12. ff. d. t. nec si mors ante divortium intervenerit, rata manet, l. 13. pr. ff. d. t. II. Sepulturæ vel religionis causâ. l. 5. §. 8. 9. 10. 11. 12. d. t. III. Mortis causâ. l. 9. §. fin. l. 10. 11. pr. §. 1. & seqq. eod. IV. In casum deportationis l. 13. §. 1. eod. vel exilii. l. 43. d. t. V. Si donans nihil de patrimonio suo deminuat. l. 3. §. fin. l. 4. §. 8. 13. 14. 16. l. 25. 28. §. 3. l. 31. §. 7. l. 56. d. t. VI. Neq; accipiens locupletior fiat. d. l. 5. §. 9. 10. 11. 12. 16. 17. ut. l. 7. pr. §. 1. 2. 3. 4. l. 28. pr. eod. VII. Alimentorum causâ maritus uxori annuũ vel mensuum donare potest. l. 15. pr. l. 28. §. 6. ult. l. 33. pr. §. 1. fin. ff. d. t. quod tamen vires dotis non excedat. d. l. 15. pr. & ut honestius se suosq; alat, & tueatur. l. 21. §. 1. in f. l. 31. §. 8. 9. ult. ff. eod. l. 7. 3. §. 1. de jur. dot. VIII. fructuum quoq; donatio inter conjuges licita est. d. l. 15. §. 1. l. 17. pr. de don. int. vir. l. 45. de usur. Plures casus, quibus donatio inter virum & uxorem facta valet, vid. in C. I. A. lib. 24. t. 1. th. 6.

34. Materia donationis sunt res quæ donari possunt: quales sunt omnes eæ, quæ in commercium cadunt, non tantum corporales; eæq; tam immobiles. l. 15. C. de SS. Eccl. ut fundus. l. 9. §. 1. l. 35. §. 1. de don. l. 10. 15. 22. 26. C. eod. l. 6. C. de rev. don. quam mobiles. d. l. 15. C. de SS. Eccl. ut pecunia l. 22. 33. §. 1. l. 43. pr. de don. argentum. l. 35. pr. C. de don. aurum. l. 34. §. C. eod. Annua quantitas. l. 34. §. 4. C. eod. redditus ex possessionibus. l. 35. §. 1. C. eod. & semoventes. d. l. 15. C. de SS. Eccl. ut mancipia. l. 18. §. 2. l. 31. §. 2. de don. l. 1. 35. §. 2. C. eod. l. 12. pr. de publ. in rem. l. 6. C. de rev. don. Sed etiam incorporales, ut usufructus. l. 12. §. 2. l. 38. 40. de usufr. §. 1. l. de usu & hab. Fructuum perceptio. l. 9. §. 1. de don. Nominis persecutio. l. 2. 11. in f. C. de donat. Actiones. l. 33. C. eod. quas etiam donationis causâ remittere quis potest. exemplo actionis furti. l. 18. C. eod. l. 27. §. 4. l. 7. §. 14. in f. l. 17. §. 1. de pact. Injuriarum. d. l. 27. §. 4. d. l. 17. §. 1. de pact. l. 17. §. 6. de injur.

35. Nec tantum res donatoris propriæ donari possunt. pass. dd. h. sed



sed valet etiam donatio rerum alienarum. l. 18. §. 2. 3. de don. l. 13. pr. l. 33. de M. C. D. l. 25. 44. de don. int. vir. l. 48. de R. V. Ad eum effectū, ut si res aliena ab ignorante, vel etiam à sciente ( modò non incidat in vitium furti. §. 2. l. de usuc. ) donata fuerit, bonà fide accipienti præstetur usucapiendi conditio. dd. ll. & t. ff. & C. pro don. si verò à sciente scientes res aliena donatur, donatio nullius momenti est. quò fac. l. 9. §. ult. ff. de donat.

36. Potrò non tantum res singulæ donari possunt. dd. ll. verum etiam universitas, veluti hereditas. l. 28. de don. peculium. l. 37. §. 2. l. 35. pr. ff. de don. Portio propria, rebus nondum divis. l. 12. C. de don. l. 3. C. de comm. rer. al. l. 16. C. de jur. dot. non tamen post litem contestatam. l. 1. in f. C. comm. div. d. l. 3. C. de comm. rer. al.

37. Nec tantū partē bonorū suorū quis donare potest. l. 8. C. de rev. don. sed & omnia bona. d. l. 8. l. 35. §. 5. C. de don. l. 5. C. de inoff. don. l. 4. C. de contr. empt. l. 17. §. 1. in f. ff. quæ in fr. cred. nec tantum præsentia, verum etiam futura. arg. l. 9. C. de iuda. l. 21. C. mand. quod tamen specialiter exprimendum est. Donatione enim omnium bonorum simpliciter factâ, futura non continentur; siquidem hoc in pignore speciale est. l. ult. C. quæ res pig. add. l. 34. inf. pr. de pignor.

38. Donari verò nequeunt. I. Bona viventis ( ab eo sc. qui successionem ejus sperat ) l. 29. §. 2. l. 30. de don. arg. l. 2. inf. de his quæ ut indig. l. ult. C. de pact. l. 2. §. 2. de vulg. & pup. l. 27. §. 4. inf. ad SC. Treb. l. 1. §. 21. inf. de collat. II. Feudum. 2. F. 9. 55. nisi speciali pacto ejus alienatio sit permessa. 2. F. 28. add. 2. F. 39. d. 2. F. 9. III. Res sacræ, religiosæ, sanctæ. §. 7. I. de R. D. l. 1. pr. l. 6. §. 2. de R. D. l. 53. §. 5. de V. O. item publicæ Italiæ quæ in commercio non sunt. d. l. 83. §. 5. l. 103. de V. O. l. 1. §. 9. de O. & A. §. 2. l. de inut. stip. ne quidem sub conditione. d. l. 83. §. 5. d. §. 2. l. d. t. IV. Res quæ in rerum naturâ non sunt, nec esse possunt. §. 1. l. d. t. V. Quæ quidem in rerum naturâ sunt, & donatoris dominio; in commercio autem donatarii esse nequeunt. exemp. l. un. C. ne Christ. mancip.

39. Forma donationis est essentialis vel accidentalis. Essentialis consistit in eo, ut alter animo donandi rem nullo jure cogente. l. 29. pr. de don. l. 82. de R. I. tradat. l. 3. de O. & A. pr. l. de don. §. 40. l. de R. D. cum simil. Alter verò animo acquirendi. arg. l. 18. de



R. C. l. 55. de O. & A. accipiat. l. 19. §. 2. de don. l. 8. §. 3. de bon. lib.  
non enim nolenti aut invito donatio obtruditur. l. 69. de R. I. l. 19.  
§. 2. de don.

40. Nec enim aliter jure antiquo firmitatem obtinebat  
donatio, quam factâ rei traditione. d. §. 2. l. de don. l. 35. §. ult. Cod.  
eod. vel quasi traditione. l. 6. 9. pr. l. 23. pr. l. 27. 32. de don. l. 1. 7. 28.  
C. eod. cum simil. aut stipulatione de re donandâ interpositâ. l. 17. 19.  
20. §. 1. l. 21. pr. §. 1. l. 22. 33. & pass. de don. l. 9. 22. 35. §. ult. C. eod.  
Pollicitatione quoque Reip. sive civitati efficaciter res aliqua libe-  
ralitatis exercendæ causâ promittitur. l. 19. pr. ff. de don. l. 1. §. 1. 2.  
& seqq. l. 6. §. 1. 2. l. 7. 9. 11. & l. t. ff. de pollicit. Dummodo id ex justâ  
causâ factum sit: Si enim sine justâ causâ fiat, vel ab absente per e-  
pistolam, promittens ex pollicitatione non obligatur. d. l. 19. pr. de  
don. d. l. 1. §. 1. l. 3. pr. l. 5. 9. ff. de pollicit. quâ in re multum differt à  
donatione in privatum collatâ. vid. thes. 43. 52. & pass. t. ff. & C.  
de donat.

41. Jure verò novo nudo etiam pacto donatio perficitur.  
§. 2. l. de donat. d. l. 35. §. fin. C. eod. quo interposito necessitas in-  
cumbit donatori, exemplo emptionis - venditionis. d. §. 2. d. l. 35.  
pr. & §. ult. N. 162. c. 1. pr. rem tradendi. dd. ll. Nam quia in ipsius  
arbitrio vel potestate erat, donare vel non. l. 30. d. l. 35. §. ult. C. d. t.  
aut nihil alteri promittere, aut si promisit, servare eum oportet.  
d. §. ultim.

42. Forma accidentalis, quæ donationi vel adesse vel abesse  
ab eâ potest, in eo consistit, ut donatio fieri possit. I. Sublege. l. 31.  
§. 3. l. 33. §. 1. de don. l. 1. 2. C. de don. quæ sub. II. Sub conditione,  
l. 2. §. 5. 7. ff. d. t. l. 22. C. eod. l. 4. §. C. de don. quæ sub. III. Ad cer-  
tum vel incertum tempus. l. 18. §. 1. ff. h. l. 2. C. de don. quæ sub. mo.  
IV. Ex certo tempore. exemp. l. 3. C. de don. quæ sub. V. Fidejussor  
etiam in causâ donationis accedere potest. l. 24. ff. h.

43. Nec tantum inter præsentés, sed etiam inter absentes.  
l. 10. pr. ff. h. etiam extraneos & ignotos. l. 29. C. eod. donatio fieri  
potest: per epistolam sc. aut aliam personam intermediam. l. 4. 9.  
§. 2. l. 10. 13. 19. §. 3. l. 25. 33. §. 3. ff. de don. l. 6. 13. C. eod. si tamen ejus-  
modi personæ intermediæ, antequam res tradatur, fuerint mortuæ,  
effectum donatio non sortitur. l. 2. §. 6. ff. h.

44. Utrum



44. Utrum autem donatio fiat in scriptis. *l. 13. 25. 31. C. coll.*  
 an verò sine scripturâ. *l. 29. C. d. t.* nihil interest; dummodò non  
 excedat. 500. aureos. §. 2. *l. de don.* Si enim hanc quantitatem exce-  
 dat, insinuatio necessariò requiritur. *d. §. 2. l. d. t. l. 25. 30. 31. 32. 36.*  
 §. 3. *C. eod.* si maximè inter conjunctas & necessarias personas. *l. 27.*  
*C. d. t. l. 25. C. de don. int. vir.* vel ad pias causas non specialiter exce-  
 ptas. *l. 15. 19. C. de SS. Eccl. l. 35. §. fin. C. de don.* donatio facta sit.

45. Quod autem de summâ 500. aureorum dictum est, id  
 secundum jus novum intelligi debet. Jure enim antiquo donatio  
 excedens 200. aureos insinuatione opus habebat. *l. 34. pr. C. de don.*  
 §. 2. v. & cum. *l. eod.* (quæ summa postea extensa est, usq; ad 300.  
 aureos *d. l. 34. pr.*) exceptâ donatione Imperiali & ad pias causas.  
*d. pr.* Quod postea mutatum Constit. Imp. *l. 36. §. fin. C. d. t. & con-*  
 stitutum, ut omnes donationes usq; ad 500. solidos sine insinuat-  
 one valerent. *d. §. 2. l. d. l. 36. §. fin.*

46. Est autem insinuatio donationis, lege definitam sum-  
 mam (200. scil. 300. vel 500. solidorum) excedentis, publicatio,  
 inque acta relatio. *l. 25. in f. l. 27. pr. l. 30. 31. 32. C. de don.* quâ corâ  
 judice in præsentia donatoris & donatarii *d. l. 30.* nomen donato-  
 ris, donatarii, & rei aut juris donati notatur. *d. l. 25.* ne clandesti-  
 nis fraudibus facilè fenestra aperiri, vel quod verè gestum est aboleri  
 possit. *d. l. 27. inf.* utque donatio plenam vim consequatur. *l. 34.*  
*pr. l. 35. §. 3. C. d. t.*

47. Testium autem præsentia ad perficiendam insinuatio-  
 nem opus non est. *arg. d. l. 31. C. d. t. l. 10. ff. de probat.* imò nec illæ  
 donationes, quæ non insinuantur, testibus necessariò opus habent,  
*d. l. 31.* si modò aliis modis probari possint. *l. 13. 29. 31. C. de don.*

48. Quod si verò ejusmodi donatio 500. aureos excedens  
 insinuata non fuerit, rata non est, nec morte donatoris confirma-  
 tur. *l. 25. C. de don. int. vir.* nisi usq; ad prædictam 500. aureorum  
 summam. *l. 34. pr. & §. 1. in f. d. l. 36, §. fin. C. de donat. N. 162. c. 1.*  
 §. fin. Si verò donans in supremâ eam voluntate specialiter confir-  
 maverit, sine ullâ distinctione rata habebitur. *d. l. 25. C. de don. int.*  
*vir.* etiamsi inter virum & uxorem, aut parentes & liberos facta sit.  
*d. l. 25. d. N. 162. c. 1. inf.*

49. De donationibus diversis temporibus factis, quæ sin-



gule 500. aureos nō excedunt, coacervatæ verò superant. dubitatum olim fuit, insinuatione egeant, nec ne? *l. 34. §. 3. 4. C. de don.* Et respondet Imp. tales donationes non in unum coadunandas, sed pro pluribus habendas, adeoq; sine insinuatione validas & firmas esse. *d. l. 34. §. 3. 4. v. nos autem.*

50. Excipiuntur autem à necessitate insinuationis. I. Donatio Imperialis. *l. 19. C. de SS. Eccl. l. 34. in f. pr. C. de don.* quam vel Imp. in Augustam, *l. 26. C. de don. int. vir.* vel Augusta in Imp. *d. l. 26.* vel Imperator in privatum *d. l. 34. in f. pr. N. 52. c. 2.* vel privatus in Imperatorem confert. *auth. item & C. de don. d. N. 52. c. 2.* II. Donationes quædam ad pias causas, quas scil. Imp. specialiter excepit, veluti donatio facta pro redemptione captivorum. *l. 36. pr. Cod. de don.* & in eos, quorum domus incendio, vel ruinâ corruptæ sunt. *d. l. 36. §. 2.* dummodo in nullam aliam causam, quam domorum refectionem erogentur. *d. §. 2.* III. Donationes rerum mobilium, vel se moventium, à magistris militum vel ex propriâ substantiâ, vel ex hostium spoliis, in milites collatæ. *d. l. 36. §. 1.* IV. Donatio propter nuptias facta in matremfam. minorem 25. annis. *d. l. 34. §. 1. C. de don. l. 17. C. de D. A. N. l. fin. §. 1. C. de l. dot.* non etiam majorem, aut in potestate existentem. *d. l. fin. §. 1.* Hodiè verò ex Const. Justin. *in N. 119. c. 1. & N. 127. cap. 1.* donatio propter nuptias à quocunq; celebretur, & quantacunq; sit quantitas ejus, valet sine insinuatione, ad hoc ut mulier exactione habeat; quamvis maritus sui commodi causâ eam insinuare debeat, si dotē vel partem ejus ex pacto lucrari velit. *sup. th. 31.*

51. Recipiunt quoq; donationes omnis generis pacta *l. 9. 22. C. de don.* ejusmodi scil. quæ leges indulgent. *l. 25. C. d. t.* quibus nō servatis donatio revocari potest. *l. 1. 3. & t. t. C. de don. q. sub mo. l. ult. C. de rev. don.* Si enim pacta ejusmodi, quæ impossibilia, vel jure valida non sunt, adjecta fuerint donationi, res donata per conditionem, vel utilem actionem repeti nequit, licet donatarius legi donationi adjectæ non paruerit. *l. 8. C. de cond. ob caus. dat.*

52. Finis donationis summus & principalis est ut Munificentia & Liberalitas exerceatur. *l. 1. princip. §. 1. de don. l. 5. 19. 24. 34. §. 3. l. 35. §. fin. Cod. eod. l. 3. Cod. de don. quæ sub. l. 1. Cod. de rev. don.*



94.

*don. l. 8. C. de O. & A. l. 7. §. 3. ff. de publ. in rem.* Intermedius & minus principalis est demonstratio humanitatis, benevolentiae & honestae affectionis donatoris, quae donatarium prosequitur. *l. 5. ff. h. Provocatio ad obsequia donatori praestanda. l. 1. C. de rev. don. vel ad remunerationem sive auid opa. vid. l. 8. C. de O. & A. creditorum item defraudatio, cum quis sciens se habere creditores, universa bona donat. l. 6. §. II. l. 17. §. 1. ff. qua in fr. cred.*

53. Effectus donationis pro diversitate formarum varii sunt. Ejus enim donationis, quae fit nudo consensu, olim antequam res traderetur, effectus alius non erat, quam nudorum pactorum, quae nullam producunt actionem. *l. Iurisc. 7. §. 4. §. de pact. l. 10. C. eod. l. 27. in f. C. de loc. l. 1. C. de pact. conv. l. 5. C. de contr. stip.* Subsecuta vero traditione contra repetentem dabatur exceptio. *l. 1. pr. ff. h. l. 17. C. eod. l. 3. C. de rev. don. N. 162. c. 2. §. 1. in f. Hodiè ac jure novo parit actionem eiusmodi donatio, quae condictio ex lege appellatur. d. N. 162. c. 2. d. l. 35. §. 5. C. de don. junct. l. un. ff. de cond. ex leg.*

54. Si fit per stipulationem, & certum quid in stipulationem deductum est, certi condictio competit. *pr. l. de V. O. l. 6. 9. pr. ff. de R. C. l. 9. C. de don. l. 74. §. 1. ff. de V. O.* Si nihil certi in stipulatione comprehensum est, hoc est, si non apparet, quid, quale, quantumque sit, quod in stipulationem deductum est. *l. 75. pr. de V. O. actio incerti ex stipulatu competit. d. pr. quandoque etiam actio praescriptis verbis, seu incertum iudicium ex causâ donationis datur. d. l. 9. C. de don.*

55. Si traditio facta sit, distinguitur, utrum à domino, an verò à non domino facta sit; ita ut dominium transferatur, si à domino vel voluntate eius ab alio. §. 42. *l. de R. D. res ipsa vel verè sit tradita. l. 13. 25. 33. §. 1. 3. ff. de don. l. 20. C. de pact. §. 40. l. de R. D. l. 9. §. 3. de A. R. D. vel fictè; veluti si quis alterum sinat eximere lapidem. l. 6. de don. vel rem depositam, locatam aut commodatam depositario, conductori, commodatario donaverit. §. 44. l. d. t. si autem instrumenta rei donatae tradita sint, nihilominus etiam dominium transfertur. §. 45. l. d. t. quia ipsarum rerum traditio facta intelligitur. l. 1. C. de don. l. 77. de R. V. l. 44. §. 5. de leg. 1. & ideo donatario competit rei vindicatio. dd. ll. quae non nisi domino competit. l. 23. pr. ff. de R. V. l. fin. C. eod.*

56. Quod



56. Quod si res aliena à non domino b.f. tradita fuerit. l. 18. §. 2. 3. de don. l. 25. de don int. vir. l. 48. ff. de R. V. præstatuſ ufucapiendi conditio d. l. 18. §. 2. de don. d. l. 25. de don. int vir. & competit donatario aduerſus tertium poſſeſſorem Publiciana in rem actio. l. 7. §. 3. l. 12. pr. de publ. in rem. nõ verò aduerſus dominum. arg. l. pen. & ult. ff. d. t.

57. Conveniuntur autem donatores non in ſolidum; ſed in id quod facere poſſunt. l. 33. pr. l. 17. ff. h. l. 33. d. l. dot. l. 19. §. 1. l. 30. ff. de re jud. l. 28. de R. I. pinguius enim donatori ſuccurri oportet, quam ei qui verum debitum perſolvere compellitur. l. 49. in f. ff. de re jud. Facere autẽ poſſe intelligitur id, quod deducto ære alieno. d. l. 19. §. 1. d. l. 49. & alimentis ad ſuſtentionem donatori neceſſariis, ne egeſtate prematur. d. l. 30. l. 50. ff. de re jud. l. 173. pr. de R. I. ſuper eſt. Quamvis autem ex cauſa donationis ſucceſſores quoq; donatorum conveniri poſſint. l. 35. §. fin. C. de don. iis tamen hoc privilegium non competit, ut in id tantum, quod facere poſſunt, condemnentur. l. 41. pr. ff. de re jud. l. 13. ff. ſol. matr. l. 196. d. R. I.

58. Quod ſi donator rem quam donavit, non habeat, aut non tantum, quantum donavit, eorum quæ deſunt, æſtimatio exigi poteſt. l. 35. §. 3. C. de don. l. ult. in f. C. de cond. inſert. Et ſi donator in morã ſit, hoc eſt, pecuniam donationis cauſa promiſſam, aut aliud quid die ſtatuta non tradiderit. l. 22. C. de don. de uſuris non tenetur. d. l. 22. l. 9. §. 1. ff. de don. Sin autem donator rei tradendæ poteſtatem habens, tradere eam ex contumaciã nolit; per juſjur. in litem ad præſtandum id quod intereſt, adigitur. l. 41. §. 1. ff. de re jud. fac. §. 2. l. de don. & l. 35. §. fin. C. eod. junct. l. 1. ff. de in lit. jur. & l. 4. C. de A. E. vel etiam arbitrio iudicis manu militari res ei aufertur. arg. l. 48. ff. de R. V.

59. De Eviçtione donator non tenetur. l. 18. §. fin. ff. h. l. 2. C. de eviçt. licet donatarius magnos ſumptus in rem donatam fecerit. d. l. 18. §. fin. ne ei liberalitas ſua damnola ſit. l. 50. de re jud. Quod ſi dolo malo fecerit; vel ſciens rem alienam donaverit; de dolo actione conveniri poteſt. d. l. 18. §. fin. add. l. 22. ff. de V. O. aut ſi ſtipulanti de eviçtione caverit, ex ſtipulatu à donatario conveniri poteſt. d. l. 2. C. de eviçt.

60. Ad effectum donationis hoc quoq; referri poteſt, quod ubicunque aliud donationi mixtum eſt negotium, obligatio non con-



trahatur eo casu, quo donatio est. *l. 18. pr. ff. de don. l. 57. in f. ff. de don. int.* quod etiam tum fieri videtur, cum non simpliciter, sed ex causa quis donat. *l. 1. pr. v. dat. aliquis ff. de don. l. 1. & t. r. C. de don. quo sub.*

61. Semel autem perfecta donatio temerè non revocatur. *l. 9. ff. de D. A. N. §. 2. l. de don. l. 3. 4. 6. 9. ult. C. de revoc. don. l. 35. §. fin. C. de don. l. 6. 7. C. de cond. ob caus. ne quidem rescripto principis. d. l. 9. C. de D. A. N. l. 5. C. de rev. don.*

62. Ob justas tamen easq; manifestas causas donatio rectè revocatur. *l. 9. ult. C. de rev. don. velut. l. si conditio, modus, aliave pacta adjecta non servantur. l. 1. 3. & t. r. C. de don. qua sub. l. fin. C. de rev. don. l. 5. 6. 8. 9. & tot. t. C. de cond. ob caus. modo ejusmodi sint pacta, quæ legibus indulgentur, seu quæ jure subsistunt. l. 25. C. de don. supra th. 51.*

62. Deinde revocatur donatio ob ingratitudinem donatarii. *§. 2. v. sciendum. l. de don. l. 1. 9. ult. C. de rev. don.* (quem liberalitas donantis magis ad obsequia incitare, quam ad insolentiam exigere deberet. *d. l. 1. veluti, si vitæ donantis insidias struat. d. l. fin. Si ei manus impias intulerit. d. l. fin. vel alias atroces injurias in eum effuderit. d. l. fin. d. §. 2. v. sciendum. Si substantiæ eius jacturam ex insidiis molitur. dd. loc.*

64. Datur autem hæc actio revocatoria ei tantum qui donavit. *d. l. fin. v. hoc tamen. d. l. 1. v. hoc tamen. l. 7. v. actionem C. d. t. non etiam eius heredi dd. ll. contra donatarium ingratum nõ etiam eius posteritatem vel successores. dd. ll. Fas siquidem non est ullo modo inquietari donationes, quas is qui donaverat, in diem vitæ suæ non retractavit. d. l. 1. in f. d. l. ult. in f. C. de rev. don.*

65. Tertio si quis liberos non habens bona omnia vel partem aliquam maiorem donaverit; postea verò liberos susceperit: totum quod donavit, revocare potest. *l. 8. C. de rev. don.* Idque non tantum in patrono, qui liberto donavit, ut quidam opinantur in *d. l. 8.* sed & in alio quovis obtinet. *arg. l. 6. §. 1. ibi non esse verisimile. C. de inst. & subst. l. 102. de C. & D. l. 30. C. de fideic. l. 40. §. fin. ff. de pact. beneficio tamen d. l. 8. pater efficaciter renunciare potest. arg. l. pen. v. cum alia C. de pact. l. 46. in f. ff. eod. l. 4. §. 4. in f. si quis caut. l. 41. ff. de min.*

C

66. Ut



66. Ut autem hōc modo donatio revocari possit, requiritur, ut liberi ex justo & legitimo matrimonio nascantur. Propter liberos enim postea adoptatos non revocatur: Nec propter naturales tantum. *arg. N. 89. c. 12. pr. §. 1. 2. 3. 4. nisi sint legitimi. Tunc enim jura filiorum legitimorum nanciscuntur. §. fin. l. de nupt. d. N. 89. c. 3. pr. c. 9. §. fin. Maximè si per subsequens matrimonium legitimi fuerint. d. N. 89. c. 8.*

67. Quartò ex Constit. Imp. t. t. C. de inoff. don. N. 92. l. 81. §. 3. ff. de leg. 2. revocantur donationes immodicæ præter officium pietatis in alios factæ, unde postmodum liberi vel parentes legitimam habere non possunt. *d. l. 87. §. 3. & ult. l. 1. §. 6. & pass. C. de inoff. don. per querelam inofficiosa donationis. d. l. 6. 8. C. d. t.*

68. Et competit ea I. liberis. *l. 1. C. d. t.* tūm tempore donationis existentibus *d. l. 1. 2. 3. 6. C. d. t.* tūm etiam postea natis. *l. 6. C. d. t.* tūm in potestate. *d. l. 2. 6.* tūm extra eam constitutis. *d. l. 1. l. 7. 8. C. d. t.* etiam emancipatis. *arg. §. 5. l. de exher. lib. l. 7. C. de inoff. test. filio arrogato. arg. l. pen. §. fin. C. de adopt. puberi scil. impuberi siquidem alio remedio subvenitur. l. ult. ff. si quid infr. patr. II. Matri. l. 4. C. de inoff. don. III. Patri emancipatori ob donationem factam à filio emancipato; vel etiam à filiofam. ex bonis adventitiis pleno jure possessis. *arg. §. 1. l. de inoff. test. l. 14. cum seqq. ff. eod. junct. l. 1. in f. C. de inoff. don.**

69. Utrum verò donator testatus, vel in testatus decesserit. *l. 3. C. d. t. in extraneum, vel non extraneum donationem contulerit. d. l. 1. 2. 3. 5. 6. & pass. C. d. t.* non distinguitur. Etiam si donatarius hereditate donatoris abstinere velit. *N. 92. c. 1. v. non valentibus.*

70. Datur autem hæc querela tum demum, cum nullum aliud legitimum remedium, veluti restitutionis in integrum. *l. 4. 6. C. d. t. Judicii fam. erc. l. 2. C. d. t.* aut aliud simile superest; Nec in eo quod sibi relictum est, voluntatem donatoris actor agnovit. *d. l. 6. C. d. t. nec legitima actori data sit. d. l. 6. d. l. 1. in f. d. N. 92. c. 1. pr. nec bona donata donatario ab actore fuerint vendita. l. 4. C. de cont. emt. neq; actor in donatorem fuerit ingratus. d. N. 92. c. 1. in f.*

71. Et datur hæc querela adversus donatarios eorumq; heredes, ad hoc, ut eiusmodi inofficiosa donationes non quidem in totum, sed pro parte tantum rescindantur. *dd. loc. Et si nihil actori re-*

ri re-



96.  
ri relictum sit, ad legitimam præstandam, sin aliquid minus tamen legitima, ad supplementum ejus agitur. l. 5. 7. 8. C. d. t.

72. Extra prædictos casus donatio perfecta non revocatur neque pœnitentiâ donatoris. l. 17. C. de don. l. 3. C. de rev. don. neq; interitu aut amissione instrumentorum. l. 2. C. eod. nec fraudis allegatione. l. 4. C. eod. nec ejus absentia allegatione, cujus præsentia de juris solennitate non requiritur. l. 6, 7. C. d. t. nec deniq; ipsius Principis rescripto. l. 5. C. d. t.

Et hæc de præsentia materiâ hac vice dicta sufficiant.

### COROLLARIA.

1. **P** Acta contractibus stricti juris in continenti adjecta ex parte actoris non insunt.
2. *Vt dominium, ita & possessio ima species est, nec ut genus in plures species subdividi potest.*
3. *Vnius rei in solidum duo nec domini, nec possessores esse possunt.*
4. *Non omne quod in publico natum, aut inædificatum est, continuo publicum est.*
5. *Qui contra prohibitionem domini fundum intrat venandi causâ, non fit dominus ejus quod cepit.*
6. *Ad transferendum dominium non requiritur præcisè, ut tradens & accipiens in eandem specie causam consentiant.*
7. *Thesaurus infundo feudali aut Emphyteutico inventus pro parte dimidiâ ad ipsum dominum, non verò ad Vasallum vel Emphyteutam pertinet.*
8. *Infantia proximus etiam sine tutoris autoritate possessionem acquirere potest.*
9. *Si is, qui rem mobilem usucapiebat, desinat eam dolo possidere, quamvis b. f. accipienti ea tradita sit, ab eo tamen usucapi nequit.*
10. *In testamento tempore pestis condendo de numero testium septenario jure Civ. nihil remissum est.*

C 2

Filius



11. *Filius emancipatus in testamento patris testis esse nequit.*
12. *Legatarius etiam in testamento nuncupativo testis esse potest.*
13. *Nulla est antinomia inter l. 39. de A. P. & l. 17. §. 1. de pos. ac proinde verum est, sequestrem, nisi specialiter omittende possessionis causâ res apud eum deponatur, non possidere.*
14. *Si convenerit, ne creditor pignus distrahat, nihilominus post trinam denunciationem illud distrahere potest.*
15. *Fidejussor etiam in causis criminalibus intervenire potest.*
16. *Exceptio non numerata pecunia etiam post biennium opponi potest.*
17. *Privilegium liberos distrahendi soli patri, non etiam matri competit.*
18. *Adjudicatio, de quâ in §. ult. I. de off. jud. non in omnibus, sed in tribus tantum divisoriiis judiciis, puta finium regundorum, familiae erciscundae, & communi dividundo, dominium attribuit.*

*Ad Dn. Respondentem Sympatriotam dilectum.*

Ioannes Iacobus Häringer

per ἀναγχαμ.

*Binis annis: evoco, age erra.*

**A**nnis fermè eadem binis hinc: Evoco rursus,  
Eja age concerta qui cupis, Erra etiam.

*Tobias Kugelman Spirâ - Nemes  
SS. Th. St.*

FINIS.



TRASSBURG, Diss., A627-29

ULB Halle 3  
004 527 275



56

1077









